



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia
colit ac veneratur.||**

Merlin, Jacques

Coloniae, 1530

VD16 M 4842

Decreta Sixtij pape.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72934)

Vestra nos charitatis literis laudate reciprocis. Valete fratres charissimi, Data, XVII. Cal., Nouembris, Siritio & Ardabura, IIII. CC. consulibus.

Item Epistola Damasi ad Episcopos Italiae.

Vniuersis Episcopis per Italiae puincias constitutis Damasus Episcopus in domino salutem. Optaue ram dilectissimi pro nostri charitate collegij omnes domini sacerdotes sicut in primitiua fu it Ecclesia, vni esse cor, & animam vnam, atque in vna deuotione persistere, nec quem sacerdotum gratia, aut formidine secularium deprauari, aut a via veritatis quoquo modo absc dere. Sed quia multa quae corrigi possunt, proueniunt, exuperat culpas delinquentium misericor dia dei, atque ideo suspendit ultio, ut possit locum habere correctio. Relatum est enim ad sedem Aplica vos accusatores fratrum per scripta suscipere absque legitimo accusatore. Quod deinceps in omni or be terrarum fieri Aplica autoritate prohibemus, & quod nup factum est absque vlla retardatione corri gere rogamus, nec vni prius per scripta eorum qui accusant causam discutere, nisi per quae relaxati in si tutores vocati Canonice ad synodum veniant, & prius per partem agnoscat veraciter, & intelligat que ei obijciunt. Quod bene & per sapientiam Salomonis dicit. Antequam scruteris ne reprehendas, intellige prius, & tunc increpa, antequam audieris, ne irasceas. Et licet aptissima sit contrariorum reprehensio, ve runtum oportet his qui elati sunt ad eorum examinationem ordinem seruari ab his qui secundum deum per scrutari deputati sunt, quatenus ita cum operatione cooperari inueniamus, & confessorum deum qui dicit: Vbi duo sunt vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Nam & dominus noster Iesus Christus Iudam furum esse sciebat, sed quoniam non esset presentia accusatus, ideo non est eiec tus. Nec vos villo modo agere oportet, quod ille noluit facere, leges enim seculi accusatores presentes exigit, & non per scripta absentes. Vnde Canonica primum constituta non semel, sed saepissime clamant, nec accusatio nes, nec testimonia vlla per scripta posse perferri, nec de alijs negotijs quicumque testimoniū dicant, nisi de his quae sub presentia eorum esse noscunt. Sicut & qui alium accusare elegerit, prius per se & non per alium accuset, scripturae videlicet praemissa, neque vllus vni iudicet, antequam legitimos accusato res prius habeat, locumque defendendi accipiat ad ablucenda crimina. Curandum quoque est, ne ita quae subrepat, faciatque citius quod non licet. Omnipotens deus haec vos & cuncta diuina mandata & Aplica praeccepta custodientes in cunctis actibus vestris caelestis brachij extensione protegat, atque ad ce lestis remunerationem patriae cum multiplici animarum fructu perducatur. Amen. Data, III. idus Aprilis Siritio & Ardabura, IIII. CC. consulibus.

Incipiunt decreta Siritij pape.

- De Arrianis Catholicis non baptizandis 1 peruenire. 8
Ut praeter Pascha, & Penthecoste baptis mus non celebretur 2
De apostatis ab Ecclesia separandis 3
Non liceat alterius sponfam in matrimoni um sociari 4
De his qui acceptam penitentiam minime seruauerunt 5
De monachis & virginibus propositum non seruantibus 6
De ministris incontinentibus 7
Quales debeant ad Clericatus officium 14
De his qui grandaeui ad sacram militiam con uertuntur 9
De clericis qui ad secundas nuptias transeunt ut deponantur 10
De feminis quae cum Clericis debeant habitare 11
De monachorum promotione ad clerum 12
De clericis ut penitentiam per impositionem manus sacerdotum accipiant 13
De poenitentibus & bigamis seu viduarum maritis, ut non permittantur ad clericatus ordinem admitti. 14

Incipit epistola Siritij pape ad Cumerium Tarraconensem Episcopum.



IRITIVS Cumerio Tarraconensi Episcopo salutem, directa ad decessorem nostrum sancte recordationis Damasum fraternitatis tuae relatio iam me in sede ipsius constitutum, quae sic dominus ordinavit inuenit. Quae cum in conuentione fratrum sollicitius egeremus tanta inuenimus quam reprehensioe & correctioe sunt dignae, quanta optaremus laudanda cognoscere. Et quae necesse nos erat in eius labores curasque succedere cui per dei gratiam successimus in honore, factum ut oportebat primitus meae promotionis indicio ad singula prout dominus aspirare dignatus est consultationi tuae responsum competens non negamus, quae officij nostri consideratione non est nobis dissimulare, non est tacere libertas, quibus maior cunctis Christianae religionis zelus incubabit. Portamus onera omnium qui grauant, quinimo haec portat in nobis. Beatus apostolus Petrus qui nos in omnibus (ut confidimus) administrationis protegit & tuetur haec heredes.

Capitulum Primum.

Prima

Decreta Siricij pape.

- C** ¶ Prima itaq; p̄ginæ tuæ fronte signasti baptizatos ab impijs Arrianis plurimos ad fidē Cātholicā festinare, & quosdā de fratribus n̄is eos denuo baptizare velle, q̄d nō licet, cū hoc fieri & Ap̄ls veter, & Canones cōtradict̄, & post cassatū Ariminēse Conciliū missa ad puincias à venerādæ memoriæ p̄decessore meo Liberio ḡnalia decreta phibeāt. Quos nos cū Nouatianis alijsq; hæreticis sicut est in synodo cōstitutū p̄ inuocationē solū septiformis sp̄s, & Episcopalis manus impositionē Catholicorū conuētui sociamus, q̄d etiā totus oriens occidentsq; custodit, à quo tramite vos quoq; post hæc minime conuenit deuiare, si non vultis à nostro collegio synodali separari sententia.
- D** II ¶ Sequit̄ de vniuersis baptizadōz t̄pibus prout vnicuiq; libitū fuerit improbabilis, & emēdanda confusio, quæ à nostris confacerdotibus q̄d commoti dicimus, non rōne autoritatis alicuius, sed sola temeritate p̄sumit, vt passim ac libere natalicjs Ch̄i, seu apparitōis, nec nō & Ap̄loz, seu martyz festiuitatibus innumere (vt asseris) plebes baptismi mysteriū consequant, cum hoc sibi priuilegium apud nos, & apud oēs Ecclesiās d̄ficum specialit̄ cum penthecoste sua pascha defendat, q̄bus solis p̄ annum diebus ad fidē confluētibus generalia baptismatis tradi conuenit sacramēta, his dūtata electis qui ante quadraginta vel eo amplius dies nomē dederint, & exorcismis quotidianisq; orōnibus atq; ieiunijs fuerint expiati, quatenus Apostolica impleat̄ illa p̄ceptio, vt expurgato fermento veteri noua incipiat eē conspersio. Sicut sacram ergo paschalē reuerentiā in nullo dicimus eē minuēdam, ita infantibus q̄ nondū loqui potuerint p̄ ætatē, vt his quibus in qualibet necessitate opus fuerit sacri vnda baptismatis omnivolumus celeritate succurri, ne ad nostrā p̄niciē tendat animaz, si negato desiderantibus fonte salutari exiēs vnusq; q; de seculo, regnū perdat, & vitā. Quicūq; etiā discrimē naufragij, hostilitatis incursum, obsidionis ambiguū, vel cuiuslibet corporalis ægritudinē desperatōis inciderint, & sibi vnico credulitatis auxilio poposcerint subueniri, eodē quo poscunt momēto tēporis expetit̄ regeneratōis præmia consequant. Hactenus erratum in hac parte sufficiat, nūc p̄fatam regulam omnes teneāt sacerdotes, qui nolunt ab Apostolicæ petre sup̄ quā Christus vniuersalē construxit Ecclesiam soliditate diuelli.
- E** III ¶ Adiectū est etiā quosdā Ch̄ianos ad apostasiā (q̄d dici nephas ē) trāseuntes, & idolorū cultu, ac sacrificiorū contaminatōe p̄phanatos, quos à Ch̄i corpore, & sanguine quo dudum redēpti fuerāt nascēdo iubemus abscindi, & si resipiscētes forte ad lamēta fuerint aliqui conuersi, his q̄d in viuūt agēda p̄cētia est, & in vltimo fine suo reconciliatōis gr̄a tribuenda, quia dicēte d̄no: Nolumus mortem peccatorū, sed vt conuertantur, & viuant.
- F** IIII ¶ De coniugali aut̄ vetatōe requisiti, si desponsatā alij puellā, alter in matrimoniū possit accipere, hoc nefiat oibus modis ihibemus, q̄a illa benedictio quā nupturæ sacerdos imponit apud fideles cuiusdam sacrilegij instar est, si vlla transgressioe violetoz.
- G** V ¶ De his vero nō incōgrue dilectio tua aplicā sedē credit cōsulendā, q̄ acta p̄cētia tanq̄ canes ac sues ad vomitus pristinos, & volutabra redeuntes, & militiæ cingulū, & ludicras voluptates, & noua cōiugia, & inhiptos denuo appetiuere cōcubitus, quoz p̄fessam incōtinētā ḡnati post absolutiōē filij p̄diderūt, de q̄bus iam, q̄a suffugiū non h̄nt p̄cētiēdi, id duximus decernēdum, vt sola intra ecclesiā fidelibus orōne iungant, sacris mysteriorū celebritatibus q̄uis nō mereant, intersint, à d̄nicæ aut̄ mēse cōuiuio segregent, vt hac saltē districtiōe correpti, & ipsi in se sua errata castigēt, & alijs exemplū tribuāt, quatenus ab obscēnis cupiditatibus retrahant, q̄bus t̄n qm carnali fragilitate ceciderūt viatico munere cū ad d̄m cœperint p̄ficisci p̄ cōmunionis gr̄am volumus subueniri, quā formā & circa mulieres quæ se post p̄cētiā talibus pollutionibus deuinxerūt, seruandam esse censemus.
- H** VI ¶ Præ terea monachorū quosdā atq; monachaz abiecto p̄posito sc̄tatis in tantā p̄fectoris demersos eē lasciuia, vt prius clāculo velut sub monasteriorū p̄textu illicita ac sacrilega se contagione miscuerint. Postea vero in abruptū consc̄æ desperatōe p̄ducti, de illicitis cōplexibus liberæ filios procreauerint, quod & publicæ leges, & Ecclesiastica iura condēnant, has ergo ipudicas detestabilesq; p̄sonas à monasteriorū cœtu ecclesiæq; conuētibus eliminādas eē mādamus, quatenus retrusē in suis ergastulis tm̄ facinus cōtinua lamētatiōe desētes, purificatorio possint p̄cēnitudinis igne decoqui, vt eis vel ad mortē solius misericordiæ intuitu p̄ cōmunionis gratiam indulgentia subuenire possit.
- I** VII ¶ Veniamus nūc ad sacratissimos ordines clericorū q̄s i venerādē religiōis iniuriā, ita p̄ v̄sas puincias calcatos atq; cōfusus charitate tua insinuāte reperimus, vt Hieremiæ nobis dicēdū sit voce, q̄s dabit capiti meo aquā, aut oculis meis fontē lachrymarū, & flebo p̄p̄m hūc die ac nocte. Si ergo b̄tus Propheta ad lugēda p̄p̄ p̄ctā nō sibi, ait, lachrymas posse sufficere, q̄nto nos possumus dolore p̄celli, cū eoz q̄ in n̄ro sunt corpore cōpellimur facinora deplorare, q̄bus p̄cipue sc̄dm b̄tm̄ Paulū instātia q̄tidiana, & sollicitudo oīm Ecclesiæ indefinēter incumbit, quis

bit, quis enim infirmatur, & ego non infirmor; quis scandalizatur, & ego non vrort; plurimos enim sacerdotes Christi atque leuitas post longa cōsecrationis suæ tēpora tā de coniugibus proprijs quā etiā de turpi coitu sobolē didicimus procreasse, & crimē suū hac p̄sumptione defendere, quā in veteri testamēto sacerdotibus ac ministris generādi facultas legit attributa. Dicat mihi nunc quisquis ille est sectator libidini, p̄ceptorque vitioꝝ, si æstimat quod in lege Moyfi passim sacris ordinibus à deo nostro laxata sunt frena luxuriæ, cur eos quibus cōmittēbantur sancta sanctoꝝ p̄monet dicēs, sancti estote, quia & ego sanctus sum dñs deus vester, cur etiā protul à suis domibus anno vicis suæ in tēplo habitare iussi sunt sacerdotes, hac videlicet rōne, ne vel cū vxoribus possint carnale exercere cōmerciū, vt cōscientiæ integritate fulgētes, acceptabile deo munus offerret. Quibus expleto deseruitiōis suæ tēpore vxoris vsus solius successiōis causa fuerat relaxatus, quā non ex alia, nisi ex tribu Leui quisquē ad dei ministeriū fuerat p̄ceptus admitti, vnde & dñs Iesus cū nos suo illustrasset aduētū, in euāgelio protestatur, quā legē venerit implere, non soluere, & ideo ecclesiā, cuius sponsus est speciosus forma castitatis voluit splendore radiare, vt in die iudicij, cū rursus aduenerit sine macula & ruga, eā possit (sicut p̄ apostolū instituit) reperire. Quare sanctiōnū sacerdotēs oēs atque leuitæ insolubili lege constringimur, vt à die ordinatiōis nostræ sobrietati, ac pudicitia & corda nostra mācipemus, & corpora, dum modo p̄ oīa deo nostro in his quæ quotidie offerimus, sacrificijs placeamus. Qui autē in carne sunt, dicēte electionis vase, deo placere nō possunt, vos autē iam non estis in carne, sed in spū, si tamen spūs dei habitat in vobis. Et vbi poterit, nisi in corporibus, sicut legimus, sanctis dei spūs habitare? Et quā aliquanti, de quibus loquimur, vt tua sanctitas retulit, ignorāter se lapsos eē defendant his hac conditione misericordiā dicimus nō negandā, vt sine vllō honoris augmento in hoc quo detecti sunt, quā diu vixerint, officio p̄seuerēt. Si tamen post hæc continētes se studuerint exhibere. Hi vero quæ illiciti priuilegij excusatione nitunt, & sibi asserunt veteri hoc lege cōcessum, nouerint se ab omni ecclesiastico honore, quo indigne vsi sunt, apostolice sedis autoritate deictos, nec vnquā posse venerāda attrectare mysteria, à quibus se ipsi dū obscenis cupiditatibus inhiant, priuauerunt, & quæ exēpla p̄sentia cauere nos p̄monēt in futurū, si qlibet epūs presbyter atque diaconus (quod nō opramus) deinceps fuerit talis inuētus, iā nunc sibi omnē per nos indulgētæ aditū intelligat obseratū, quia ferro necesse est excidantur vulnera, quæ fomentorum nō senserint medicinam.

VIII. ¶ Didicimus etiā licēter ac libere inexplorata vitæ hoīes, quibus etiā fuerint numerosa coniugia ad p̄fatas dignitates, prout cuiuscūque liberit aspirare, quod nō tū illis quæ ad hæc immoderata ambitione pueniunt, quā tum metropolitanis specialiter pontificibus imputamus, quæ dū inhibitis ausibus conuēt dei nostri, quā tum in se est, p̄cepta contēnunt, & vt taceamus quod alius suspicamur, vbi illud est quod deus noster, data p̄ Moysem lege, constituit dicēs, Sacerdotes mei semel nubant, Et alio loco, Sacerdos vxorē virginē accipiat, non viduā, nec repudiatam, nec meretricē. Quod secutus apostolus ex p̄secutore p̄dicator vnus vxoris vix, tā sacerdotē quā diaconū fieri debere mādauit. Quæ oīa, ita à vestra regionū despiciunt epūs, quasi in contrariū magis fuerint constituta. Et quæ non est nobis huiusmodi vsurpationibus negligēdum, ne nos indignātis dñi vox iusta corripiat, quæ dicit, videbas furē, & currebas cū eo, & ponebas etiā cū adulteris portionē, quid ab vniuersis post hæc ecclesijs sequēdū sit, quid vitādū generali pronuntiatione decernimus. Quicunque itaque se ecclesiæ vouit obsequijs, à sua infantia ante pubertatis annos baptizari, & lectoꝝ debet ministerio sociari, quia ab accessu adolescentiæ vsque ad tricesimū ætatis annum, si probabiliter vixerit vna tātum, & ea quā virginē cōmunī p̄ sacerdotē bñdictione p̄cepit vxore contētus accolitus & subdiaconus eē debet, post quæ ad diaconi gradum, si se ipse primitus continētia p̄æeunte dignum probauerit accedat. Vbi si vltra quinquē annos laudabiliter vixerit & ministrauerit congrue p̄sbyteriū consequat, exinde post decēnium episcopale cathedram poterit adipisci. Si tū p̄ hæc tēpora integritas vitæ ac fidei eius fuerit approbata.

IX. ¶ Qui vero iā ætate grādæuus melioris propositi cōuersatione prouocatus ex laico ad sacrā militiā puenire festinat, desiderij sui fructū nō aliter obtinebit, nisi eo quo baptizat tpe statim lectoꝝ, aut exorcistæ numero societ, si tū eum vnā habuisse, vel habere hāc & virginē accepisse constet vxorē, qui dum initiatus fuerit, expleto biēnio p̄ quinquēnium aliud accolitus & subdiaconus fiat, & sic ad diaconatum (si p̄ hæc tpa dignus iudicatus fuerit) prouehat. Exinde iā accessu tēporū presbyterio, vel episcopatu, si eum cleri ac plebis euocauerit electio non immerito societur.

X. ¶ Quisquis sane clericus, aut viduā, aut certe secundā cōiugē duxerit, omni ecclesiasticæ dignitatis priuilegio mox nudet, laica sibi tū cōiugē cōcessa, quā ita demū poterit possidere, si nihil postea propter quod hāc perdat, admittat.

Decreta Siricij pape.

D XI. ¶ Fœminas vero nō alias esse patimur in domibus clericorū, nisi eas tantū quas propter solas necessitudinū causas habitare cum iisdē synodus Nicæna permisit.

E XII. ¶ Monachos quoq; quos tñ morum grauitas, & vitæ ac fidei institutio sancta cōmendat clericorū officijs aggregari, & optamus, & volumus, ita vt qui intra tricesimū annū ætatis sunt digni in minoribus, per gradus singulos crescente tēpore promoueātur ordinibus, & sic ad diaconatus vel presbyterij insignia maturæ ætatis cōsecratione perueniant, nec per saltus ad episcopatus culmen ascendant, nisi in his eadē quæ singulis dignitatibus superius præfiximus, tēpora fuerint custodita.

F XIII. ¶ Illud quoq; nos par fuit prouidere, vt sicut pœnitentiā agere cuiq; nō cōcedit clerico rū, ita & post pœnitudinē, ac reconciliationē nulli vnq; laico liceat honorē clericatus adipisci, quia quāuis sint oīm peccatorū contagione mundati, nulla tamen debēt gerendorū sacramentorū instrumenta suscipere qui dudum fuerint vasa vitiorum.

G XIII. ¶ Et quia in his oibus q̄ in reprehensionē veniunt, sola excusatio ignoratiōis obtenditur, cui nos interim solius pietatis intuitu necesse est clemēter ignoscere. Quicūq; ergo pœnitēs, quicūq; bigamus, quicūq; viduæ maritus ad sacram militiā indebite & inopetēter irreperit, hac sibi cōditione à nobis veniā intelligat relaxatā, vt in magno debeat cōputare beneficij, si adēpra sibi omni spe p̄motiōis in hoc, de q̄ inuenit ordine, p̄petua stabilitate p̄maneat, scituri post hac oīm prouinciæ summi antistites, q̄ si vltra ad sacros ordines quēq; de talibus crediderint assumēdū, & de suo & de eorū statu quos cōtra canones, & interdicta nostra prouexerint, congruā ab apostolica sede promendā esse sententiā.

¶ Exhortatio Siricij ad Cimerium.

H Xp̄licuimus (vt arbitror) frater charissime vniuersa q̄ digesta sunt in q̄relā, & ad singulas causas, de q̄bus per filiū nostrū Basianū presbyterū ad Romanā ecclesiā, vt pote ad caput tui corporis retulisti sufficientia quātum opinor responsa reddidimus, nūc fraternitatis tuæ animū ad seruādos canones, & tenenda decretalia constituta magis ac magis incitamus, vt hæc q̄ ad tua consulta rescripsimus in omniū coepiscoporū nostrorū perferri facias notionē, & non solū eorū qui in tua sunt diocesi constituti, sed etiā ad vniuersos Carthaginēses, atq; Bethicos, Lusitanos, atq; Gallicos, vel eos qui vicinis tibi collimināt hinc inde prouincijs, hæc quæ à nobis sunt salubri ordinatione disposita, sub literarū tuarū p̄secutione mittant. Et quanq̄ statuta sedis apostolicæ, vel canonū venerabilia definita nulli sacerdotū dñi ignorare sit libere, vt ilius tñ & pro antiquitate sacerdotij tui dilectioni tuæ eē ad modū poterit gloriosum, si ea quæ ad te speciali noīe generaliter scripta sunt, p̄ vnanimitatis tuæ sollicitudinē in vniuersorū fratrum nostrorū notitiā perferantur, quatenus & quæ à nobis non incōsulte, sed prouide sub nimia cautela, & deliberatione sunt salubriter constituta, intermerata permaneant, & oibus in posterū excusationibus aditus, qui iam nulli apud nos patere poterit, obstruatur. Data tertio Idus Februarij, Archadio & Baurone, IIII. consulibus.

¶ De damnatione Iouiniani hæretici epistola eisdem.

I O Ptarem fratres charissimi semper dilectionis & pacis vestræ synceritati gaudia nūtiare, ita vt vicissim discurrentibus literis sospitatis indicia iuauerent, si quietos nos ab incursione sua vacare hostis antiquus sineret, q̄ ab initio mendax, inimicus veritatis æmulus hoīs, quē vt deciperet, se ante decepit, pudicitia aduersarius, luxuriæ magister, crudelitibus pascit, abstinentia punitur, odit ieiunia ministris suis p̄dicantibus dū dicit esse superflua, spem nō habens de futuris apostoli sn̄a percussus dicentis, manducemus & bibamus, cras em̄ moriemur. O infelix audacia, o desperata mentis astutia, iam incognitus sermo hæreticorū intra ecclesiā cancri more se respergebat, vt occupās pectus totū hominē precipitaret in mortē, & nisi dñs Sabaoth laqueū quem parauerat dirupisset thecna tanti mali & hypocrisi publica multorū simplicium corda traxerat in ruinā, quia facile ad deteriorē partē mens humanata transducitur, volens magis per spaciosam viam ambulare, q̄ arctæ viæ iter cum labore transire. Qua de re necessarium satis fuit dilectissimi, hæc quæ gesta sunt hic ad vestrā conscientia cognoscenda mādare, ne ignorantia cuiuspiā sacerdotis pessimorū hominū ecclesiā irrupentiū sub religioso noīe contagio violaret, sicut scriptū est, dicente dño. Multi veniunt ad vos in vestimentis ouium, intus autē sunt lupi rapaces, ex fructibus eorū cognoscetis eos. Hi sunt videlicet q̄ subtiliter christianos sese iactant, vt sub velamēto piij nominis gradientes domū oratiōis ingressi sermonē serpētinae disputatiōis effundāt, vt sagittēt in obscuro rectos corde atq; à veritate catholica auertēdo, ad suę doctrinae rabiē diabolico ore trāsducāt atq; ouium simplicitatē defraudent. Et quidē multarū hæresum malignitatē ab apostolicis tēporibus nunc vsq; didicimus, & experti probauimus, sed nunquā tales canes ecclesiæ mysterium latratibus fatigauerunt, quales nunc subito hostes fidei crumpentes doctrina perfidig pul-

pullulata, cuius sint discipuli verborum fructibus prodiderūt. Nam cum alij hæretici singula sibi genera quæ stionū male intelligenda proposuerint cōuellere atq; cōcerpere de diuinis institutionibus, isti non habētes vestē nuptialē sauciantes catholicos noui ac veteris testamēti, vt dixi, cōtinentiā peruertētes, spū diabolico interpretātes, & illecebroso atq; sicco sermone aliquātos christianos cōcēperint iā vastare, atq; suæ demētix sociare intra se cōtinētes neq; suæ virus, vel electi blasphemias suas cōscriptioe temeraria publice prodiderūt, & desperatæ mētis furore cōciti, passim in furore gentiliū publicarūt, sed à fidelissimis christianis viris, gñe optimis, religione p̄claris ad meā humilitatē subito scriptura honorificata videt esse delata, vt sacerdotali iudicio detestā diuinæ legis cōtraria spūali snia delect. Nos sane nuptiarum vota nō aspernāter accepimus, qbus velamine interfuimus, sed virgines deo deuotas maiore honorificetia muneramus. Facto ergo presbyterio, cōstitit doctrinæ n̄x. i. christianæ legi eē cōtraria, vnde apostolicū secuti p̄ceptū, q̄ aliter q̄ accepimus, annūciabāt omniū nostrorū tā pb̄forū, tā diaconorū, q̄ etiā totius cleri vnā factā cōstat esse sniam, vbi Iouinianus, Ausentius, Genialis, Geminator, Felix, Plotinus, Martianus, Ianuarius, & Ingeniosus, q̄ accētores nouæ hæresis & blasphemix inuēti sunt, diuina snia & nostro iudicio in perpetuū d̄nati, extra ecclesiā remanerēt. Quod custoditurā sanctitatē vestrā, non ambigens, hæc scripta direxi per fratres & cōpresbyteros meos Crescentē & Leopardum & Alexandrū, qui religiosum officium fidei possint spū adimplere feruente.

¶ Item, Epistola Siritij papæ ad vniuersos orthodoxos,

¶ Vt indignus nullus efficiatur episcopus. Cap. primum.

¶ Vt ignotis sacerdotium non detur. Cap. secundum.

¶ Vt neophiti vel laici, sacerdotes non fiant. Cap. tertium.

¶ Capitulum primum.

Siritius papa orthodoxis p̄ diuersas prouincias, Cogitātibus nobis metū diuini iudicij frēs charissimi, & post hanc vitā vnūquēq; prout gesserit, receptus, quid in quærelā veniat, tacere nō licuit, sed nos loqui necessitas imperauit, dicēte propheta: Exalta vt tuba vocē tuā. Et cui oīm ecclesiæ cura est, si dissimulē audiā, dño dicēte, Reijcitis mā datū dei vt traditiones vestras statuatis. Quid em̄ aliud est reijcere mandatū dei q̄ priuato iudicis, & hūano cōsilio nouis rebus cōstituēdis liberius delectari? Perlatū itaq; est ad cōsciētā aplicæ sedis cōtra ecclesiasticū canonē p̄sumi, & q̄ ita sunt à maioribus ordinata, vt ne vel leuī susurro debeāt violari, proprias quas d̄ obseruatōes nouas inducere, & p̄termisso fundamentō supra arenā velle cōstruere, dicēte dño. Nō transibis terminos q̄s cōstituerūt patres tui. Qd̄ & sanctus quoq; aplūs noui & veteris testamēti p̄dicator monet, in quo locutus est Christus. State inqt & tenete traditōes vestras quas didicistis, siue p̄ verbū, siue per epistolā. Qua de re videt vestra synceritas in sacris mysterijs, aut in ordinationibus vestris, q̄tū sacerdotū magnā cura & diligēs sollicitudo debeat obseruare. Deniq; ad Timotheū loquit, Manus cito nemini impolueris neq; cōcaueris peccatis alienis, qd̄ propterea memorat, vt examine habito & p̄bitate morū, & ecclesiastico labore sit cōmēdatior q̄ vocat in mediū, vt summū sacerdotiū possit accipere, probatus iudicio, nō fauore susceptus, veritate, nō ḡra, apostolico ordine functus, nō p̄cipiti volūtate. De quo charissimi mihi an vestrā synceritatē hmōi literæ cucurrerūt multo fratrū & cōsacerdotū cōsensu, vt hac v̄a subscriptiōe firmata ecclesiastici canonis dispositio, q̄ apud Nicæā tractata est, cōfirmata suo merito fundatissima p̄maneret, vt tales videlicet ad ecclesiasticū ordinē p̄mitterent accedere, quales apostolica autoritas iubet, nō q̄les dico, vel eos q̄ cingulo militiæ secularis astricti, olim gloriati sunt. Qui postea q̄ pōpa seculari exultauerūt, aut negotijs rei publicæ optauerūt militare, aut mūdi curā tractare, adhibita sibi quorundā manu & proximorū fauore stipati, hi frequēter ingerunt auribus meis vt ep̄i eē possint, q̄ per traditionē & euāgelicā disciplinā esse nō possunt. Quātis hoc aliquoties recitātū est iuribus & viribus? Sed nihil tale potuit eligi, q̄ ratio nō cōpellit, etiā de longinquo veniant ordinādi, vt digni possint & plebis & nostro iudicio comprobari.

II. ¶ Quantū illicitū sit illud æstimari nō p̄r, vt trāseuntes, siue simulēt, siue sint monachi qd̄ B se appellāt, quorū nec vitā possumus scire, nec baptismū, quorū fidē incognitā habemus, nec probatā nolint sumptibus adiuuare, sed statim aut diaconos facere aut pb̄os ordinare festinēt, aut q̄ est grauius ep̄os cōstituere nō formidāt. Carius apud illos dari sumptū est transenti, q̄ sacerdotū non retēto. Inde ī superbiā exaltant, inde insup ad pfidiā cito corruunt, q̄asi dē verā in ecclesiasticis toto orbe peregrini discere non asserunt.

III. ¶ Certe illud etiā nō fuit p̄mittēdū, vt qd̄ semel aut secūdo necessitas hæreticorū intulit, cōtra aplicæ p̄cepta velut lege licitū p̄sumi neophitū vel laicū q̄ nullo ecclesiastico functus fuerit officio incōsiderate vel pb̄m vel diaconū ordinare, q̄si meliores apostolis sint, quorū

Decreta Siritij pape.

audeant mutare pceptū, & q nō didicit, iam docere compellitur, ita nullus reperitur idoneus clericorū, nec inter diaconos, nec inter alios clericos inuenitur q sacerdotio dignus habeatur, sed ad cōmendationē ecclesiæ laicus postulat, quod ne fiat vltra admoneo, p̄dico, vt vnā fidē habētes, vnū etiā in traditione sentire debeamus, probātes nos vnanimis atq; cōcordes pacifici Christo, & in obseruationibus apostolicis habere charitatē, Medio itaq; patre & vnigenito filio eius, & spū sancto, & vnus diuinitatis in trinitate cōuenio, vt in his fides catholica & disciplina nra pmaneat. Nec quisq; putet ordinatōes terrenas fieri, cū celeste sit sacerdotiū, vt fidelibus gloria maneat dignitatis eiusdē, & aū tribunal Chri ex hinc nō habeat qd accuset.

¶ Incipit Concilium Thelense super tractatu Siritij papæ.

Post consulatū gloriosissimi Honorij, XI, & Constantij, II, sexto Calendas Martias cōgregato cōcilio in ecclesia apostolorū plebis Thelensis, beatus pater primæ sedis ep̄s Donatianus ciuitatis Theleptēsis, cū resedisset, cōsidentibus secū Ianuario, Felice secūdo, Cyrino, Victore, Secūdiano, Geta, Eunomio, Maximiano, Donato, Cresconio, Iocūdo, Sopato, Restuto, Iuliano, Maximino, Romano, Terziolo, Micilo, Maximo, Donatiano, Basilio, Papiniano, Ianuario, Porphyrio. Itē Porphyrio, Donato, Iuliano, Tuto, Fortunio, Quintiano, Capion, & cæteris episcopis, nec nō etiā Vincentio, Fortunatiano, legatis prouinciæ procōsularis ad Bizancenū conciliū directis, & reliqua.

¶ Vincentius & Fortunatus dixerunt.

Etiā cū essemus Thusedrū, sicut mecū recolit memorialis auditio v̄ra, & ep̄æ sanctæ memoriæ Siritij sedis apostolicę ep̄i dederamus, recitatēs, ex qbus cū legeret vnū sanctimonij fratris nostri ep̄i Latoni, vtraq; nunc nos referre suggestio indicat, has recitari donate. Episcopi dixerūt, Recitent ep̄æ venerabilis memoriæ Siritij, vt nouerimus qd eaq; textus cōtineat, Cūq; traderentur, Priuatus notarius dixit, Exemplū tractorie ep̄i vr̄bis Romæ.

¶ Item, Epistola Siritij papæ.

Filectissimis fratribus & coep̄is p̄ Aphricā Siritius, Diuersa quāuis cū in vnū plurimifrēs cōuenissemus ad sancti apostoli Petri reliquias, p̄ quē apostolatus & episcopatū in Chro cōcepit exordiū, placueritq; propter emergētes plurimas causas q̄ in aliquātis nō erāt causæ, sed crimina, vt de cætero sollicitudo esset vniciuiq; in ecclesia curā hmōi habere, sicuti ap̄lus p̄dicat Paulus. Talē deo ecclesiā exhibendā nō habentē maculā aut rugā. Ne p̄ alicuius morbidæ afflatū ouis, cōscientia nra cōtaminata videret, qua de re meliore consilio id fedit, propter eos maxime q̄ in p̄senti valitudine corporis aut fessæ ætatis causa adesse minime potuerūt, quo p̄petua istiusmodi forma seruet, literas tales dare placuit, nō quę noua p̄cepta aliqua imperēt, sed ea q̄ per ignauā defidiāq; aliquorū neglecta sunt obseruari cupiamus, q̄ tamen apostolica & patrū cōstitutione sunt constituta. Scriptū est, state, & tenete traditiones nostras, siue p̄ verbum, siue per epistolā.

GIllud certe vestrā debet mentē dilectissimi frēs vehemētius excutere, vt ab omni labe seculi istius imunes ad dei cōspectū securi veniamus, nec em̄ erimus imunes, q̄ p̄sumus plebibus, cū scriptū sit. Cui multū creditū fuerit, plus ab eodē requiret. Ergo qm̄ nō pro nobis tm̄, sed pro populo credito cogimur p̄stare rationē, populum disciplinā deficiā, humilē erudire debemus. Extiterunt em̄ nōnulli, qui statuta maiorū cōtēnētes castitatē ecclesiæ, p̄sumptione violarūt voluntatem populi sequentes, dei iudicium non timentes.

HErgo ne pari more filitio cōnuere atq; adhibere cōsensum talibus videamur, vnde gehēg p̄enas possimus incurrere, dicēte dño, Furē videbas, & currebas cū eo, & cū adulteris portione tuā ponebas, hęc sunt q̄ deinceps ituitu diuini iudicij oēs catholicos ep̄os expedit custodire.

IPrimum, vt extra conscientiam sedis apostolicę, hoc est primatis, nemo audeat ordinare, integrum enim iudicium est, quod plurimorū sententia consequitur, ne vnus episcopus episcopum ordinare p̄sumat, propter arrogantiam, ne furtiuū beneficiū p̄stitutum videatur, hoc em̄ in synodo Nicæna constat esse definitum.

KItē, si qs post remissionē p̄ctōrū cingulū militiæ secularis habuerit, ad clerū admitti nō debet.

LVt mulierem, id est viduā, clericus non ducat vxorem.

MVt is qui laicus viduā duxerit, non admittatur ad clerum.

¶ Vt de aliena ecclesia ordinare clericū null⁹ vsurpet, vt abiectū clericū alia ecclā nō admittat.

¶ Vt venientes à Nouatianis vel Montensibus per manus impositionem suscipiantur, p̄ter eos quos rebaptizant.

NPræterea qd dignū & pudicū & honestū est suademus, vt sacerdotes & leuitæ cū vxoribus suis nō coeant, q̄ in ministerio ministri q̄ridianis necessitatibus occupant, ad Corinthios nāq; Paul⁹ scribit dicēs, Abstinetē vt vacetis oratiōi. Si ergo laicis abstinentia imperat vt possint de p̄cātes audiri, q̄to magis sacerdos vtiq; omni momēto paratus esse debet mūditię puritate securus

securus, ne aut sacrificiū offerat, aut baptizare cogat: q si cōtaminatus est carnali cōcupiscētia, qd faciet excusabit: q pudore, qua mēte vsurpabit: q cōsciētia, quo merito hic exaudiri se credit: cū dictū sit, oīa mūda mūdis, coinquinatis aut & infidelibus nihil mūdū. Qua de re hor- tor, moneo, rogo, tollat hoc opprobriū qd p̄ iure etiā gētilitas accusare, forte credit q̄ scrip- tū est, vnus vxoris vix nō pmanēt in cōcupiscētia generādi dixit, sed ppter cōtinentiā futu- rā, q̄ ait. Neq̄ em̄ integros nō admittit, vellē oēs hoies sic eē sicuti & ego. Et aptius declarat di- cēs, q̄ aut in carne sunt, deo placere nō possunt, vos aut iā nō estis in carne, sed in spū.

¶ Hęc itaq; frēs, si plena vigilātia fuerint ab oibus obseruata, cessabit ambitio, dissentio con- quiescet, hæreres & schismata nō emergent, locū nō accipiet diabolus s̄auendi, manebit vna- nimitas, iniquitas separata calcabit. Charitas spiritali seruore flagrabit, pax p̄dicata labijs cū voluntate concordabit, Pax vtiq; dei nostri saluatoris quā proximus passioni seruandā esse p̄ cepit, & hæreditariā nobis iure dereliquit, dicens, pacē do vobis, pacē relinquo vobis, & di- ctū apostoli, Vnanimis vnū sentientes pmaneamus in Christo, nihil per cōtētiōnē nobis, ne- q; per inanē gloriā vindicantes, nec hoibus, sed deo nostro saluatori placeamus. His p̄ceptis oibus si fideliter voluerimus obedire, custodiet dñs corpora nostra, & aīas nostras in die qua redditurus est vnicuiq; iuxta opa sua. Si qs sane inflatus mente carnis suæ ab hac rōne voluerit euagari, sciat se & à nostra cōmunionē seclusum, & gehennæ p̄cenas habiturū. Præterea mise- ricordia cū iudicio esse debet, talibus em̄ oportet labentibus manū porrigere, q̄ sic currētem nō per trahāt in ruinā. Data Romæ in concilio ep̄oz octoginta, sub die octauo Idus Ianuarij post cōsulatū Archadij, Augusti, & Bautonis. IIII. consuli.

¶ Item, Rescriptum episcoporum ad eundem Siritium.

Dilectissimo dño fratri Siritio, Ambrosius, Sabinus, Bassianus, & cæteri. **Recognouit B**
mus lras sanctitati tuæ boni pastoris excubias, q̄ diligēter cōmissam tibi ianuā ser- ues, & pia solitudine Christo ouile custodias dignus, quē oues dñi audiant, & se- quant, & ideo q̄ nouisti ouiculas Christi, lupos facile deprehendis, & occurris q̄si prouidus pastor ne istis morsibus pfidiæ suæ ferali vlulatu dñicum ouile dispergant, laudam⁹ hoc dñe frater nobis dilectissime & toto celebramus affectu. Nec miramur si lupoꝝ rabiem grex dñi perhorruit, in qbus Christi vocē non recognouit. Agrestis em̄ vlulatus est nullam virginitatis grām, nullū castitatis ordinē reseruare, promiscue oīa velle confundere, diuerso- rū gradus abrogare, meritorū & paupertatē quandā cœlestiū remunerationū inducere, quasi Christo vna sit palma quā tribuit, ac nō plurimi abunde tituli præmioꝝ, simulant se isti nō donare cōiugio, sed q̄ potest laus esse cōiugij, si nulla virginitatis est gloria: neq; vero nos ne gamus sanctificatū à Ch̄o esse cōiugij, diuina voce dicēte. Erūt ambo in vna carne, & i vno spū, sed prius est, q̄ nati sumus, q̄ q̄ esse cōi, multoq; præstantius diuini opis mysteriū, q̄ hūanę fragilitatis remediū. Iure laudat bona vxor, sed melius pia virgo p̄fertur, dicēte dño. Qui iun- git virginē suā bñ facit, & q̄ nō iungit melius facit, hæc em̄ cogitat q̄ dei sunt, illa q̄ mūdi, illa cō- iugalibus vinculis colligata est, hæc libera vinculoꝝ, illa sub lege, ista sub grā, bonū cōiugium quo est inuēta posteritas successionis hūanæ, sed melior virginitas, p̄ quā regni cœlestis hære- ditas acq̄sita & cœlestiū meritoꝝ repta successio, p̄ mulierē cura successit, p̄ virginē salus eue- nit, deniq; speciale sibi donū virginitati Chr̄s elegit, & integritatis munus exhibuit, atq; i se re p̄sentauit, qd̄ elegit in matre. Quāta amētia funestoz latratiū, vt iudē dicerēt Christū ex vir- gine nō potuisse gnari, q̄ afferūt ex muliere æditis hūanis partibus virgines pmanere. Alijs p̄- stat ergo Ch̄s qd̄ sibi dicūt p̄stare nō potuit, ille vero carnē sic suscepit, & sic hō factus est, vt hominē redimeret, atq; à morte reuocaret, inuitato tñ q̄si deus munere venit interim, vt quē- admodū dixerat, Ecce faciā oīa noua partu imaculatæ virginis nasceret, & sicut scriptum est, credere nobiscū deus, sed de via pueritatis produnt dicere, virgo cōcepit, sed nō virgo ge- nerauit, potuit ergo virgo cōcipere, nō potuit virgo generare cū semp cōceptus p̄cedat, par- tus sequat, sed si doctrinis nō credit sacerdotū, credat oraculis Ch̄i, credat monitis angelorū dicentiū, q̄ nō est impossibile apud deū omne verbū, credat symbolo ap̄loꝝ, q̄ ecclesia Ro- mana in te merata semp custodit & seruat, audiuit Maria vocē angeli & q̄ dixerat añ, quō fiet istud, nō fide gnatiōis interrogās, respōdit postea, Ecce ancilla dñi, cōtingat mihi secūdū ver- bū tuū, hæc est virgo q̄ in vtero cōcepit, virgoq; peperit filiū, sic em̄ scriptū est, Ecce virgo in vtero cōcipiet, & pariet filiū, nō em̄ cōcepturā tātūmodo virginē, sed & pariturā virginē di- xit. Quæ aut̄ est illa porta exterior ad orientē q̄ manet clausa, & nemo inqt p̄trāsiuit p̄ eā, sed solus deus Israel trāsiuit p̄ eā, nōne hæc porta Maria est, p̄ quā in hūc mūdū redēptor itrauit? Hęc est porta iustitiæ, sicut ipse dixit. Sine nos iplere omnē iustitiā, hæc porta est Maria de qua scriptū est, q̄ dñs p̄trāsiuit eā, & erit clausa post partū, q̄ virgo & cōcepit & peperit, qd̄ aut̄ inc̄ redibile, si cōtra vsum originis naturalis peperit Maria, & virgo p̄ermanet, q̄h̄ contra vsum

Decreta Anastasii pape.

vsu naturæ mare vidit & fugit, atq; in fontē suū Iordanis fluētā remearūt. Nō ergo excedit fidē q; virgo pepit, qñ legimus, q; petra vomuit aquas, & in muri speciē maris vnda solidata ē, nō excedit fidē q; hō exiuit de virgine, qñ petra fontē profluū scaturiuuit, ferrū sup aquas natauit, ambulauit hō sup aquas, ergo si hominē vnda portauit, non potuit hominē virgo gñare. At quē hoīem, de q; legimus, Et mittit illis dñs hoīem q; saluos faciet eos, & notus erit dñs Aegyptijs. In veteri itaq; testamēto virga Hebræorū p mare duxit exercitū. In nouo testamēto virgo regis aula cœlestis electa est ad salutē. Quid aut etiā viduitatis adtexamus p̄conia, cū in euāgelio post virginis celeberrimū partū Anna vidua subroget, q; vixerat cū viro suo annis septē a virginitate sua, & hæc vidua annis, LXXXIII. q; nō discedebat a tēplo ieiunij & obsecrationibus, seruiēs die ac nocte. Merito ab illis viduitas despiciē, q; solet obseruare ieiunia, q; bus se dolēt isti aliq; tpe esse maceratos, & propriā vlciscunt iniuriā, q; didianisq; cōiuiijs, vsuq; luxuriæ laborē abstinentiæ propulsare desiderāt, q; nihil rectius faciunt, q; q; ipsi se suo ore condēnent, sed deū metuūt ne i istis illud ieiuniū reputēt. Eligāt qd volūt, si aliqñ ieiunauerint, gerant ergo boni facti sui p̄nitentiā. Si nunq; suā ergo ipsi intēperantiā & luxuriā confiteant, & ideo dicunt Paulū luxuriæ magistrū fuisse, at q; sit sobrietatis magister, si fuit ille luxuriæ, qui castigauit corpus suū, & in seruitutē redēgit, atq; ieiunij multis se debitā Chro obseruantiā detulisse memorauit; nō vt se suāq; laudaret, sed vt nos qd se queremus, doceret. Ille ergo luxuriā docuit, q; ait, q; adhuc velut viuētes de hoc mūdo decernitis, ne tetigeritis, ne attaminaueritis, ne gustaueritis q; sunt oīa; in corruptelā, q; ait, nō indulgētia corporis, nō in honore aliquo ad saturitatē & diligētā carnis, nō in desiderijs erroris, sed in spū q; renouamur esse viuēdū. Si pape est qd ap̄tus dixit, audiant prophetā dicentē. Et cooperui in ieiunio animā meā, et ego q; non ieiunat intactus & nudus est, pater vulneri, deniq; si Adā se texisset in ieiunio, nō fuisset nudus effectus, Ninive se à morte ieiunio liberauit, & ipse dñs ait, Non enīciei hoc genus, nisi p orationē & ieiuniū, sed qd plura apud magistrū atq; doctorē, cū iā dignū pretiū retulerint illi p̄fidie sue, q; ideo huc venerūt ne sup̄set locus in q; nō dānarent, q; vere se Manichæos probauerūt nō credētes, q; ex virgine utiq; venisse credit, quā nā hæc est subpar nouorū Iudæorū amentia si venisse nō credit, nec carnē credit suscepisse, ergo in phātasmate vifus est, in phātasmate crucifixus ē. In veritate redēptor ē nī, Manichæus ē q; abnegat veritatē, q; carnē Chri negat, & ideo nō est illis remissio p̄ctōrū, sed impietas Manichæorū quam & clemētissimus execratus est ip̄erator, & oēs q; illos viderūt quasi qdā cōtagia refugerūt, sicut testes sunt fr̄es, & cōpresbyteri nī Crescēs, Leopardus, & Alexander sc̄to seruiētis spū, q; eos omniū execratione dānatos Mediolanensi ex vrbe profugos reliquerūt. Itaq; Iouinianū, Ausentiū, Germanatorē, Felicē, Plotinū, Genialē, Martianū, Ianuariū, & Ingeniū, quos sanctitas tua dānauit, scias apud nos q; q; secundū iudiciū tuū esse dānatos. Incolumem te & florentissimū deus noster tueat oipotens dñe dilectissime frater. Itē subscriptio, ego Euētius ep̄s saluto sanctitatē tuā in dño, & huic ecclesiæ subscripsi, Maximus ep̄s, Felix ep̄s, Bazianus ep̄s, Theodolus ep̄s ex iussu dñi ep̄i Germiniani ip̄so p̄sente, Aprus p̄b̄, Eutasius ep̄s, Constantius ep̄s, Eustasius ep̄iscopus eo omnes ordine subscripserunt.

Incipiunt decreta Anastasii pape.

C



Anastasius ep̄s cūctis germanicis & Burgūdiæ regionis ep̄is in dño salutē. Exigit dilectio v̄ra charissimi vt ex autoritate sedis ap̄licæ v̄ris deberem⁹ r̄ndere cōsultis, & quīs nō prolixē, sed succinctē hoc agere, p̄pter quasdā alias occupatōes festinarēmus, denuo tñ si necesse fuerit ob has vel alias occupatōes q̄si ad caput mittere charitatiue nō dubitetis, q; v̄ras p̄ces & nūc & tūc acceptas habemus. Significatis em̄ q̄sdā sacerdotes in ecclesia qñ legunt euāgelia sedere, & dñi saluatoris verba nō stātes, sed sedētes audire, & hoc ex maiorū traditiōe se accepisse narrāt, qd nullatenus deinceps fieri finatis ap̄lica autoritate mādamus, sed dū sc̄ta euāgelia in ecclesia recitantur, sacerdotes & cæteri omnes non sedentes, sed venerabiliter curui in conspectu euangelij stantes dominica verba intente audiant, & fideliter adorent.

D ¶ Similiter & transmarinos homines, de qbus nos consulistis in clericatus honore nolite suscipere, nisi quinq; aut eo amplius ep̄iscoporū chyrographis sint designati, quia multa p̄ subscriptionem solent euenire. Et ideo hæc summopere sunt cauenda.

E ¶ Manichæos vero q̄s in vrbe Roma inuenimus, & sequaces eorū nolite recipere, neq; eis cōmunicare, aut vllā cū eis participationē habere, priusq; ad rectā cōuertant fidē, nec eorū male pullulātia semina q; à nobis in vrbe extinguunt, pessimis vobiscū radicibus seminent vel germentur.